

IN THOMÆ GARZONI  
AMPHITHEATRVM  
ARTIVM,  
Ode Phalæcia Hendecasyllaba  
IOANNIS FLITNERI, FRANCI.

**N**on merent obeliscus Hermodori,  
Vel quod Hermogenes pararat olim:  
Magnis sumptibus, arte non minore,  
Fanum Magnesiæ sacrum Diana,  
Fanum Meligenis sacrum Mineruæ;  
Nec quod Sugila grande Mausoleum  
Extruxit, neque Sostrati stupendo  
Turris facta labore, Memnonisve  
Regis digna palatia incolatu;  
Nec Solis simulacra Zenodori,  
Caretis negl Lindii Colossus:  
Non, inquam, similem merentur illæ  
Laudem, magnifico licet decore  
Præstantissima, regiove fastu,  
Qualem GARZONII meret theatrum,  
Exstructum variis scientiarum  
Qualitatibus, artiumq; formis:  
Quod non liuor edax, calumniæve  
Zoili poterunt adæmulari,  
Nec subuertere tædiosa Momus  
Quibunt spicula, tabidiq; morsus.  
Nam si, cum stupidum suis asellum  
Pictum laudibus edidisset olim

Excellens